

## Q T A R T V S.

Absolutis nunc ijs quæ de numeris præmittenda putauimus, sequitur ut computationum uarios usus indicemus, quæ iam ad logistica maxime pertinent, & regulis, ut uocant, explicari solent, de quibus ea in medium nos esse prolaturus confidimus, quæ & minime uulgaria & maxime utilia esse uideantur.

Sequitur tractatus quintus de nonnullis regulis, atque etiam earum exemplis, Ac primum quidem de regula quam uulgo de tri uocant.

**H**æc regula quam uulgus simpliciter De tri uocat, nempe quod tres in ea ponantur numeri, noti uidelicet, Mercatorum quoque, ut quibus huius usus maxime conueniat, appellata est. Aurea insuper dicta, quod per eam innumera biles emtiones & uenditiones atque contractus absoluantur. Nos tamen, omnibus modo alijs nominibus posthabitis, Proportionum regulam eam appellamus,

R                      3                      neq;